[illegible] Regni vero [illegible] Anno XI.

Andrs Załuski
Epus Culmens. et
Pomes. S. R.
Cancellarius

Relatus Illmi Excelmi et R.
Dni Dni Andreæ Stanislai
[illegible]tka in Załuskie Załusk
[illegible]i Culmens. et Pomesan
[illegible]tis Cenienens. et Par
[illegible]ens. Supremi Regni
Cancellary.

Michael Nagrodzki
Ref: et Dcrm: Cur: R: assumpt
[illegible]

Inter GG. Wysockie Coniuges, et GG. Małeckie Coniuges.

N.º 5.º

[illegible]

Annô Domini Millesimô, Septingentesimô, Duadrage-
simô, Sextô. Die Lunæ Vigesimâ Octauâ Mensis Novembris.

28. 9. 1746

Coram Perillustri et Reverendissimo Domino Sta-
nislao a Krzesko Krzeski Ecclesiæ Cathedralis Cracou.
ensis Primicerio, Judice Surrogato, in publica Cau-
sarum audientia personaliter comparens Nobilis
Adalbertus Mystowski Generosi Stanislai Zabicki
Subdelegati Castrensis Sandomirienſis, Dzedj in
Suburbio Sandomirienſi Possessoris, originaliter
Citati, ad præsens verò Principalis Actoris Procura-
tor, in Termino hodierno ex Citatione legitimè exe-
cuta proueniente, Monitorium in Causa infrascri-
pta, contra Suum Principalem in Judicio præsenti
obtentum, relaxari debita cum instantia postula-
uit. In Præsentia Illustris admodum Reve-
rendi Casimiri Orłowski Ecclesiæ Collegiatæ
Sandomirienſis Primicerij, Parochialis in Szy-
dłowiec Præpositi, originaliter Actoris, ad pra-
sens verò Citati Principalis, salutis omnibus

beneficijs Juris Sibi in toto reseruatis, Monitorium non debere relaxari, nisi soluto Contumacialis Processu petentis. Perillustris et Reverendissimus Dominus Judex Surrogatus supramemoratus, litis expensis ad finem causæ reseruatis; Monitorium relaxavit. Tandem suprascriptus Illustris Admodum Reverendus Casimirus Orłowski originaliter Actor, contra eundem citatum proposuit super eo: Quia ipse se Actorem Decimas manipulari omnis grani frumenti et seminis ex agris et araturis Prædij possessionis Citati prouenire, ad se Actorem, ipsiusq; Canteriam ex immediata possessione spectan, et pertinen, Anno Currenti maturata, et per Standatarium Actoris exdecimata spoliare, de possessione illius dejcere, hujusmodi Decimam illibertare, et intercipere ausus est et præsumpsit, ipsum ratione hujusmodi ausus penis a Jure sancitis, et arbitrarijs puniri, idem spolium restitui mandari, ac id quod Juris

et Justitia

et Justitiæ fuerit, Statui postulavit. Præsente quo supra Generosi Zabicki Citati ex adverso Principalis Procuratore, salvis omnibus beneficijs Juris, Suo Principali in toto reservatis, et præmissa solenni protestatione contra Actorem de indebita sui Principalis impetitione, tùm de damnis jàm aliàs sibi causatis, et quatenùs in posterum causandis, extrema spolij negante, quinimò Suum Principalem Mandatario Actoris liberam exdecimationem permisisse, et cùm idem Mandatarius hujusmodi Decimam exdecimare detrectaverit, propterea Suum Principalem eandem suis propriis curribûs ad allodium Curiæ Bonorum Villæ Chwatki, in quo ab antiquo, aliàs ab Annis Quinquaginta, ad hoc usq; tempus eadem Decima locabatur, convehi demandasse allegante, in extriturationc pariter illius dictum Actorem illibertasse, et illibertare negante, ac ideò Suum Principalem

circa allegatam antiquam possessionem, locationis ejusdem Decimæ in allodio Scorsino Curiæ præallegatorum Bonorum Villæ Chwalki conservari et manuteneri petente. Ex adverso Actor, citra agnitionem denominationis pretensæ Villæ, Chwalki, se agere respectu Decimæ ex Prædio Suburbij Sandomiriensis naturæ similis, dixit. Quò verò ad Spolium, illud accessorié in propositione esse Specificatum, et quoniam illibertationem hujusmodi Decimæ ex Prædio Suo Citatus non negat, Actor verò in possessione pacifica ex alijs similibus Prædijs in Suburbio Sandomiriensi sitis, connectionis libere Decimarum, extitit, et extat, et de Jure, turpis est pars quæ non congruit suo universo, ideò et Citatum liberam convectionem Decimæ impedire non posse allegan̄, et ad respondendum directiùs, ratione perturbatæ convectionis, stringi peten̄. In Contrarium Citati Procuratore, Decimam ex agris Prædij sui Principa-

lis

lis in allodio Curiæ Zonorum ejusdem Prædij à tempore immemorabili, aliàs ab Annis Quinquaginta locari Solitt. fuisse allegante, etiam in Anno præterito, et quatenùs Actor negaverit, se ad probandum antiquum usum admitti petente. In contrarium, quoniam Actor in possessione liberæ connectionis, ex agris Prædiorum ejusdem Suburbij, et respectivè loci Chwatki dicti, extat, et solus Citatus hujusmodi possessionem ex suo Prædio illibertat, et possessionem connectionis ex dictis alijs Prædijs non negat, idcò Citatum liberam connectionem præfatæ Decimæ impedire non posse, dixit. Perillustris et Reverendissimus Dominus Judex Surrogatus Supranominatus, auditis Partium Controversijs, côquè attentô: quoniam Actor allegat plura Prædia naturæ Civilis in Suburbio Sandomiriensi loci Chwatki consistentia dari, ex quibus tanquàm ex

universis Prædijs Actor liberam conve-
ctionem Suis Curribûs habet, ideò eidem
Actori allegata Sua probare mandavit.
Tandem Actor in vim probationis, Regestra
cum Specificatione Prædiorum loci Chwał-
ki, tùm et Testimonia antiquæ exdecima-
tionis et convectionis liberæ, produxit.
Præsente quô Supra Citati, ex adverso Prin-
cipalis Procuratore, copias assertorum Re-
gestrorum exdecimationis ad Mensem
petente. Perillustris et Reverendissimus
Dominus Judex Surrogatus prænomina-
tus, petitas copias, salvis damnis respectu
deteriorationis in casu, concessit, et Terminum
conservavit. Præsente me Alberto Ceypler Utri-
usque Juris Doctore, Kielceń, et Sanctorum Omni-
um Crac. Decano, Consistory Generalis Craco-
viensis Actuario.
Ex Protocollo Actorum Consisto-
rij

rij Generalis Cracouiensis extractum.

Annô Domini Millesimô, Septingentesimô, Quadragesimô, Septimô. Die Mercurij Undecimâ Mensis Januarij

In publica Causarum audientia, comparens personaliter Nobilis Bernardus Herka, Sacræ Regiæ Majestatis Secretarius, Illustris Admodum Reverendi Casimiri Orłowski, Ecclesiæ Collegiatæ Sandomiriensis Primicerij, Parochialis in Szydłowiec Præpositi, Principalis Actoris Procurator, in Termino hodierno ex actis Consistorij Generalis Cracouiensis, sub Die Lunæ Vigesima Octava Mensis Novembris, tùm generali Causarum omnium reassumptione, sub Die Lunæ Decima Nona Mensis Decembris, Annô præterito Millesimo, Septingentesimo, Quadragesimo, Sexto, factâ, provenienti, probando luculentiùs existentiam Prædiorum na-

turâ Ciuilium in Suburbio Sandomiriensi, Prædio possessionis infrascripti Citati contiguorum, ex quibus omnibus suus Principalis liberam connectionem habet, Documenta ex Actis Ciuilibus Sandomiriensibus desumpta, tùm et Testimonium Illustris et Admodum Reverendi Martini Jasinski Canonici Sandomiriensis, ac alia Documenta, ut in Schœda produxit. In Præsentia Generosi Stanislai Zabicki, Citati ex adverso Principalis, saluis omnibus beneficijs Iuris, sibi in toto reseruatis, non recedendo à suis allegatis, in Termino anteriori factis, quòd videlicet Villa Chwatki, ex qua per Actorem Decima prætenditur, non sint Bona Suburbij Sandomiriensis, sed præsè seorsiva Villa Regalis, Chwatki dicta, à sua primæua plantatione extiterit, prout et aliæ similes Villæ Regales utpote Złotniki, Gołębice, Makorzyn, Hobier-

niki

niki, Rzeczyca, Gierlachow, et Strochcice, in quibus Successiuè per varias Personas tùm Spirituales, tùm Seculares genere Nobiles, Prædia fuerunt ac sunt locata, et per easdem Personas colebantur, et ad hodie coluntur, et conseminantur, et in continenti probando hujusmodi allegata sua, documenta literatoria denominationem et nomenclaturam villarum enuntiantia, et probantia, utpote Xmum. Excerptum ex Libris Contributionum Publicarum agrariarum Districtus Sandomirienſis, per Oblatam ad Acta Castri Sandomirienſis, sub Actu Feriæ Secundæ post Dominicam Lætare Quadragesimalem proximæ, Anno Millesimo, Sexcentesimo, Sexagesimo, Quarto porrectum, in quo seorsiùm specificantur Contributiones ex Prædijs Ciuitatis Sandomirienſis, seorsiue etiam a Personis Ciuitatensibus, seu Artificibus variæ Artis. Item alia Excerpta bina ex Tarifta

Subsidij charitatiui Anni Millesimi, Sexcentesimi, Septuagesimi, Sexti, ex Actis Thesauri Regni pro soluendis stipendijs militaribus, in quibus pariter seorsiuè specificatur determinata solutio ejusdem Contributionis, a Villanis Prædiorum Civilium Sandomiriensium, successiuè verò a Personis Civium Suburbanorum, et Consulum Sandomiriensium, & Sacræ Regiæ Majestatis, cum Villis ac Prædijs omnibusq; adjacentijs, ex Decreto Officij Castrensis Sandomiriensis, ex qua deducitur, quantum Fumorum habent Personæ Spirituales, Nobiles, Villani, Ciuitas ipsa cum Judæis, et Suburbani. Item Literas trinas legitimi ortus ex Libris Metrices Baptisatorum Ecclesiæ Parochialis Sancti Pauli Apostoli, extra mœnia Ciuitatis Sandomiriensis, per quos luculenter probatur denominatio, et nomenclatura Villarum Chwałki et Strochcice. Item Actum Protestationis per Religiosum

℣ Item Connotationem Fumorum Civitatis Sandomiriensis Priorem

Priorem Conuentûs Sandomiriensis Sancti Jacobi
Apostoli Ordinis Prædicatorum, contra Generosum
Nicolaum Zuczkowski, ratione certarum vio-
lentiarum, coram Actis Castri Sandomirienſis
Feriâ Secundâ, pridiè Festi Sancti Michaelis Ar-
changeli, Anno Millesimo, Sexcentesimo, Nona-
gesimo, Tertiò facta, per quem probatur deno-
minatio Villæ Gołębice, prædicti Conuentûs San-
domiriensis Ordinis Prædicatorum hereditarie.
Item Actum Relationis Citationis ex Castro San-
domiriensi ad Instantiam Religiosi Patris
Prioris, totiusq; Conuentûs Sandomirienſis, con-
tra Generosum Nicolaum Zuczkowski, ratione
certarum violentiarum emanata, coram Actis
ejusdem Castri Sandomirienſis, Feriâ Secundâ
ante Festum Sanctæ Hedvigis Electæ Viduæ pro-
xima, Annô Millesimo, Sexcentesimô, Nonagesi-
mo, Tertiô facta, per quem pariter probatur
denominatio et nomenclatura Villæ prefa-
tæ Gołębice dicti Conuentus hereditarie.

Item Actum Officiosum Lustrationis siue re-
uisionis Domorum et Fundorum Landomien-
per Magnificos Iudices, mediante Decreto Iudi-
cij Fiscalis Palatinatûs Sandomiriensis, una
cum Officio Castrensi Sandomiriensi Deputa-
tos expedita, ad Acta Castri Sandomiriensis,
Sabbatho in Vigilia Festi Visitationis Beatis-
sime Virginis Mariæ, Anno Millesimo, Sexcen-
tesimo, Septuagesimo, Tertio, porrectum, ex quo
euidenter constat, Villas Zobierniki, Chwatki,
Złotniki, Gołębice, Makoszyn, Rzeczyca, Tier-
lachow, Strochcice, Radoszki, Wysiadow, et
Ocin, ad præmissam Lustrationem et Reuisio-
nem non intrasse, sed nonnisi solam Civita-
tem Landomiriensem et Suburbia eidem anne-
xa. Item Inuentarium Subditorum in dicta
Villa Gołębice præfati Conuentûs Sandomi-
riensis, Ordinis Prædicatorum hæreditaria
existentium, tùm et alia Documenta authen-
tica, per quæ denominatio et nomenclatura

Lupraw

suprarecensitarum villarum euidenter probatur et deducitur producentis. Excipiendo verò contra Regestra exdecimationis Decimarum ad Cantoriam Sandomiriens spectans ex agris variorum Praediorum prouenientium per Actorem in Termino anteriori ad probandam intentionem suam producta, per eadem Actorem nihil euincere posse, cum Decimam manipularem Actori deberi citatus non negat. Quantum ad Testimonia, eadem Actori ad causam presente non suffragari, cum huiusmodi Testimonia de Decima manipulari, quae Actori non negatur, et in possessione exdecimationis illius actuali idem Actor existit. Quantum ad Decretum Judicij Curiae Episcopalis Cracouiensis inter moderniu Actorem ex una, et Conuentum Sandomiriens Ordinis Sancti Benedicti de Cassino, citatos Partibus ex altera, Anno immediate praterito Millesimo, Septingentesimo, Quadragesimo, Sexto, die Veneris Quarta Mensis Februarij latum, illud ex alio fundamento protabum fuisse, videlicet quòd Actor in possessione connectionis et locationis Decimae ex a-

gris dicti Conuentus prouenientis, non in hollodio memorati Conventus, sed in alio loco sibi bene viso immediata extiterat, consequenter se Citatum hujusmodi Decretum afficere non posse. Quò verò ad alia Documenta bina per dictum Actorem producta verbo generalia dicentis. Et ex aduerso probando contrarium quod videlicet Decima ex agris Prædij Villæ Chwałki hæreditatis sui Citati, a tempore immemorabili suis proprijs curribus ad hollodium ejusdem sui Citati convehi, et in ibidem locari solita fuerit ac sit, Testimonia variarum Personarum fide dignarum rei hujus gnararum, omniq; exceptione majorum producentis, et inhærendo ijsdem se Citatum circa hujusmodi antiquam praxim, consuetudinem, ac usum locationis ejusdem Decimæ, in allodio seorsiuo Curiæ præallegatorum Bonorum Villæ Chwałki conservari, et manuteneri, et alias ex superabundanti quatenus opus fuerit, se ad probandum præmissam antiquam Consuetudinem et usum, quæ et qui pro lege haberi debet, admitti

petentis.

petentis, Saluo &c. omni &c. alias &c. Ex adverso Actoris Procuratore, copias exceptionis, et Testimoniorum ad Octavam petente. Et per Reverendmum Dominum Josephum Carolum Błeszynski, Canonicum Cracouiensem, Judicem Surrogatum ad Quindenam cum Termini conseruatione obtinente. Praesente me Josepho Constantino Zegladowski Phae Dre, Apostolico, et Actus praesentis Substituto Notario.

Ex Protocollo Actorum Judicy Generalis Delegati Cracouiensis extractum.

Annô Dñi Millesimô, Septingentesimô, Quadragesimô, Septimô. Die Lunae Duodecimâ Mensis Aprilis.

In publica Causarum audientia comparens personaliter Nobilis Bernardus Herka Sae Rae Mttis Secretarius, Illris et Admdm Reverend. Casimiri Orłowski Ecclesiae Collegiatae Sandomirien. Primicerij, Parochialis in Szydłowiec Praepositi, Principalis Actoris Procurator, in Termino hodierno ex Actis Judicy Consistorialis Gnalis Cracovien. sub Die Mercurij 11ma Mensis Januarij, tum generali Causarum reassumptione, die Veneris 17ma

Mensis Martij, Anno Currenti 1747mo facta, legitimè prouenienti, præmissa solenni protestatione contra infrascriptum Citatum de tergiversationibus, in Causa præsenti, respectu illibertationis Decimæ manipularis ex Prædio possessionis ejusdem Citati naturâ Civili, in suburbio Civitatis Sandomiriensis, in loco Chwałki dicto, sito, quò ad liberam conuectionem illius ad locum suo Principali benè visum, cum eodem Citato vertenti, repetitaq; eadem solenni protestatione contra ipsum, quod s. in solam nonnisi protelationem Justitiæ, ac ut Causam obruat, suumq; Principalem non sine molestia in majores expensas pro conquisitis documentis erogatas involuat.) tùm quod Prædium possessionis suæ Przygonczowskie et Dłużyczowskie uocitatum, naturâ suâ Civile Sandomiriens, Villam nominauerit, superq; hujusmodi denominatione aliqua documenta minùs, imò nihil probantia produxerit, replicando adversus exceptionem ejusdem Citati contra certa documenta, per suum Principalem Illrem et Adm Rndum Orłowski, in vim iustificationis suorum allegatorum super eo; quod

videlicet

videlicet plura Prædia naturâ finitia circa Sandomiriam reperiantur, ex quibus tanquàm ex universis Prædijs Actor, liberam Decimarum proprijs curribus convectionem habet, Decreto Judicij Consistorialis Regalis Sacræ Lunæ 27ma Novembris Anno præteritò lato, demandatæ, productæ, factam, excipiendoq; pariter contra documenta liberatoria, ad demonstranda in hujusmodi sua exceptione, allegata, per Citatum pariter producta, eadem nullam Citato in hujusmodi Causa relevamen adferri; et quidem quantùm ad excerptum quoddam ex Libris Contributionum Districtus Sandomiriensis, acceptat hoc ex Documento agnitionem Citati, cùm in eodem, Prædium Chwatki ad Civitatem Sandomiriensem spectare contineatur, consequenter pretensio Actoris Suum Prædium Villam denominantis, eliditur. Quantùm ad Documentum 2dum, 3tium, ex ijsdem nihil concludi, tùm quòd Citatus nullum subditum ad suum Prædium spectantem habeat, tùm quòd cum tempore juxta statum variorum Possessorum, varias etiam nomenclaturas Prædia suburbana, seu circa Sandomiriam jacentia, in se assumpserunt. Quantùm ad aliqua Testimonia ex Libris Metricis deprompta, hujusmodi Testimonijs nihil Citatus evincere potest, cùm in ijsdem non nisi accidentaliter

ab ignaro Baptisante Presbytero, utrum Villa vel Prædium sint Chwałki, terminus ly//ex Villa//fuerit ac sit ante Annos Centum annotatus, ex qua annotatione, certè nihil plùs de gleba terræ, quàm antea habebatur, et habetur, dicto Prædio accessit. Quantùm ad quandam Manifestationem et Actum Relationis emanatæ Citationis per PPres Ordinis Prædicatorum Sandomiriens, contra quendam Laicum factas, per quos actus Villam Gołembice vocitari Citatus prætendit, per hujusmodi denominationem uti ad Causam præsentem non quadrantem, imaginariam, nonnisi speculationem trahi; cùm fuerit licitum illis, uti duo Prædia natura tamen Civilia possidentibus (: quorum unum in subditos converterunt, et alterum possident:) secundum suum velle sive Villam, sive Prædium denominare, quinimò hujusmodi Documentis Citatum convinci, quòd cum ijdem PPres Ordis Prædicatorum liberam convectionem Actori debere non negarunt, et non negant, consequenter et Possessio Citati, sive Villa ut asseritur, sive Prædium nominetur, similem post se obligationem trahit. Quantum ad Documentum alicujus lustrationis, idem Documentum uti obliquum, stantibus alijs liquidis authenticis Documentis minimè attendi debere, et ex eodem nihil concludi posse. Quantum

tum ad Inuentarium Subditorum Gołębice verbo generalia dicente, quinimò ex eodem Inventario liquet, non Villam sed Prædium locum Chwałki vocitari; alias elidendo nuda Citati, quo ad denominationem Villæ allegata Suum Principalem ad Consensum et Conclusionem venditionis Citato Prædij hujusmodi per Legis Datores in Anno 1730mo factum et factam referenę, illamq́ producenę. Quantum autem deniq́ attinet ad Testimonia aliqua, in uim acsi alicujus probandæ possessionis locationis Decimæ per Antecessores Primicerios Sandomirienę in Hollodio Prædij in loco Chwałki Litt. per Citatum producta, eadem Testimonia, exquo sint priuata, emendicata, parum imò nihil probari, et datò non tamen concesso, quod sint realia, eandem usurpativam possessionem Causæ Actoris minimè prejudicare, cum non ex debito sed ex benevolentia et dissimulatione Antecessorum hoc fieri potuerat, quòd verò Citatus tempus immemorabile in hujusmodi locatione sibi adscribat, ad hujusmodi præsumptivam possessionem verbo generalia dicendo, quod aliàs Citatus modo primum in Anno 1730mo, ut præmissum a Reverendis Vicarijs Sandomirienę, nescitur quale Jus

ad hujusmodi Predium acquisiuerit, super quo Ri-
cessus respectu hujusmodi possessionis Prædy, ad Cur-
iam Eminentmi olim Cardinalis ex Instantia Fiscalis
Curiæ Cstato est institutus, ut Monitorium Simplex in
Orginali cum Sua executione prodicitur, ac ideò ex
premissis intentionem Actoris super illius documen
tis productis minimè Solidare posse, inferen. Et in he
rendo Documentis, et quidem 1mo. Libris Beneficiorum,
ex quibus constat, Prædia circa Sandomirien Cuitatem
jacen, Chwatki dictt. extare, quorum unum Cstatus
possidet, tùm Regestris exactorum et Oeconomorum
Sandomirien ab Anno 1552do. ad Annum 1607mum
conscriptis, tùm connotationi Prediorum ad Cuitatem
Sandomirien Spectan, authenticè per Actorem pro-
ductis, ex quibus Documentis constat, loca in Suburbio,
seu circa Cuitatem Sandomirien Chwatki, Zlotniki,
Sudoły dicta existere, naturaq; Suâ esse Civilia, in quib;
locis varij Possessores Sua Prædia colunt, respectiue vero
in loco Chwatki dicto, duo Prædia, unum possessionis
Cstati, alterum possessionis Collegij Sandomirien Soci-
tatis Jesu consistunt, prout Testimonium Personæ qua-
lificatæ, et locorum seu Prediorum circa Sandomi-
riam jacen, benè gnara, jam alias prodictum,

et Pari

et Parti communicatum, hujusmodi situatio-
nem et denominationem explicat, inhærendo
pariter Regestris Exdecimatorum perceptionem
Decimæ manipularis ex Prædijs Golembice, Mąko-
szyn, Złotniki, Chwatki, Kobierniki, et alijs circa
Civitatem Sandomiriem jacem, quam Decimam
ex hujusmodi Prædijs, excepto Prædio Civitati Sues Prin-
cipalis liberè ad Locum sibi benè visum convehere,
et in eodem locare solet, enuntiantibus, quam posses-
sionem pacificam convectionis liberæ Decimarum ex
dictis Prædijs, alias generaliter omnibus etiam Civitatis
negare non potest, imò in sua exceptione non negat,
solusmet ipse contra Jus et æquum hujusmodi
liberam locationem et convectionem ex suo Præ-
dio Decimæ denegare præsumit, tùm inhærendo
Testimonijs Presbyterorum super libera convec-
one ex dictis Prædijs Decimarum per Antecessores
Cantores Sandomirien habita, datis, nec per Ec-
tum impugnatis, inhærendo pariter præjudicatis
quo ad eandem liberam convectionem Decimarum
Smo, cum Conventu Religiosarum Monialium

Sandomirien. Ordinis Sancti Benedicti Anno Domini 1746to, Veneris Quarta Februarij. 2do. cum Nobili Antonio Sosnowski certæ Sortis in Prædio Kobierniki Possessore Anno 1744. Mercurij 26ta Augusti ex Instantia Actoris moderni, in Judicio Curiæ Eminentissimi olim Cardinalis per viam puri Juris petitorij Subsecutis, et iam in Sua executione consentientibus, dictis Citatis permanentibus, inhærendo deniq; Dispositioni Juris, quod Decimæ manipulares integræ illi, cui de iure vel consvetudine debentur, extradi debent, Rota Decis. 469. No 1. et Decis. 541. in fin. par. 1. recen. cum Stramine scilicet et palea, et respectiuè inhærendo dispositioni SS. Conc. Trid. Sess. 25. cap. 12. de Reform. Integritatem reddendarum Decimarum particulariter præscribentis, ac alijs verbo illatis rationibus, ante omnia Citatum Generosum Zabicki attento eo, quod cum adhuc sit, litigiosus, Prædij ab Adm̄ Reverendis Vicarijs Sandomirien. ut præmissum acquisiti, Possessor, non observato usu et consvetudine, quam alia similis naturæ Prædia, illius possessionis

vicina

vicina, in Circuitu Ciuitatis Sandomiriensis existen
tia, obseruare solebant, et observant, Decimam, illiusq;
liberam locationem, et ad arbitrium Sui Principalis
in locum illi benè visum conductionem, renitenter
impediuit, et denegauit, et per hoc aliorum Prædio-
rum Possessores, per suam renitentiam scandali-
sauit, et dispositioni SS. Conc. Trid. contravenit,
attentô tenore ejusdem SS. Conc. Trid; in Excommu-
nicationem respectu præmissæ impetitionis, et illi-
bertationis Decimæ, incidisse, et incurrisse decla-
rari, eandem Decimam ut ad locum, ubi aliæ ex alijs
Prædijs Decimæ fuerunt, et sunt per Actorem locatæ,
ut proprijs Curribûs prævio corporali iuramento
super fideli et totali reuectione illius reuehat, sal-
visq; damnis ex ratione deteriorationis hujusmodi
Decimæ, jam alias Decreto Judicij Delegati Actori præ-
seruatis, per ipsummet Citatum prævio Juramento
taxandis, et liquidandis restituat, stringi, damna
et expensas ex ratione tergiversationis Citati, hac
in Causa ad summam 200. Florenorum ascendentia
Suo Principali resarciri, injungi, et eundem in ijs-
dem expensis condemnari, ac quousq; tali Decreto

non Satisfecerit, eadem Censurâ ex prescripto di-
cti SS. Concil. Trid. prascriptâ, Ligatum debere esse
Declarari, ac in instanti pro Excommunicato
publicari mandari, ac ne in futurum quôvis mo-
do et pretextu, hujusmodi Decimam, illiusq; liber-
ram locationem, Citatus Actori, Successoribusque
Suis, prepedire, illibertare, audeat, sub grauioribus
pœnis, et exemplaribus, Cobriando prejudicijs quò ad
alia Bredia, ex quibus Actor in pacifica et libera
connectione Decima possessione existit, quorum
Actor in sua exceptione partes tueri videtur, infe-
rendis,) inhiberi, suumq; Principatem circa liber-
tatem eandem manuteneri et conservari peten-
te. Presente Nobili Alberto Mystowski Gene-
rosi Stanislai Zabicki, Subdelegati Castrensis
Landomirienſis, Citati ex adverso Principalis
Procuratore, salvis omnibus beneficijs Juris,
Suo Principali in toto reseruatis, eundem Suum
Principatem ad allegata Sua, quòd videlicet
Villa Chwatki fuerit ac sit scorsina, tùm Do-
cumenta literatoria, denominationem et no-

mencla-

menclaturam dictæ Villæ Chwatki enunciantia
et probantia, necnon suam exceptionem contra
Regestra exdecimationis Decimarum ad Actorem
spectantium, aliaque documenta per Partem
Actoream producta referente, et quatenus opus
sit, etiam per Testes, quòd ab antiquo Decima ex
Chwatki proueniens, in hollodio Curiæ eiusdem
Villæ Chwatki locabatur, ad probandum admitti
petente, alias a contrario Decreto se appellatiuum
offerente. Perillustris et Reverendissimus
Dominus Josephus Carolus in Bieszno Bieszyn.
ski, Ecclesiæ Cathedralis Cracoviens, et Collegiatæ
Sandomirien.sis Canonicus, Consistorij Generalis
Cracovien.sis Judex Delegatus, Partium amba-
rum Controversijs, hinc indè factis, debitè et ma-
turè examinatis, visis et lectis Documentis Litera-
torijs, per Partem utramque ad probandum
intentionem suam productis, cõque attentõ;
quoniam Partes super duabus Cathegorijs
hujus Causæ disputationem iudicialiter
intentarunt, videlicet respectu denominatio-

nis Ville quasi distincte Chwatki, ac tandem respectu prescripte quasi locationis Decime, in eadem Villa Chwatki, proindè decidendo primam; visa Tariffa Contributionis agrarie Districtus Sandomiriensis, ad Acta Castrensia Sandomiriensia Feriâ Secundâ post Dominicam Lætare Quadragesimalem Millesimo, Sexcentesimo, Sexagesimo, Quarto porrectâ. Item alia Tariffa Subsidij charitatiui Anni Millesimi, Sexcentesimi, Septuagesimi, Sexti, ex Actis Thesauri Regni desumpta, et per Oblatam ad Acta Castrensia Sandomiriensia Feria Sexta post Festa Solennia S. Paschatis Anno Millesimo, Septingentesimo, Decimo, Septimo, porrecta, per Partem citatam productis, aliisq; pluribus hinc indè insinuatis, et in particulari visô Iure ipsiusmet citati, per quod Predium Chwatki à Communitate Admodum Reverendorum Vicariorum Ecclesiæ Collegiatæ Sandomirienſis, de Anno Millesimo, Septingentesimo, Trigesimo, die Septima Julij, per Acta Capituli

tuli ejusdem Communitatis, pro Summa Quatuor Millium Florenorum Polonicalium acquisiuit, ex quibus luculenter constat Prædium Citati, seu agros quosdam, idq; in parte agrorum Chwatki dictorum consistere, et dictos agros, seu Prædium Citati, necnon aliorum Possessorum ejusdem loci Chwatki, agros et Prædia esse et fuisse de natura agrorum Suburbanorum Ciuitatis Sandomirienſis. Proinde dictum Citatum non posse prætendere denominationem Villæ distinctæ Chwatki, quinimò Suum Prædium alijs Prædijs in Suburbio Sandomirienſi sitis, in sua natura conformari debere declarauit. Quò uerò ad Categoriam quasi præscriptæ Locationis, uisis pariter ijsdem per Partes productis Documentis, et Juribus Actoris, ad libertatem integralis Decimæ evincendam eidem Actori Seruientibus, ex quibus alij Similium agrorum et Prædiorum Possessores Decimam integrali-

ter absq́ controversia extradunt, turpisq; esset una particula, si non conformaretur suo universo. visis quoqué Testimonijs Personarum omni exceptione majorum, utpote Illustris et Admodum Reverendi Martini Jasinski Canonici Sandomiriensis, tum Admodum Reverendorum Jacobi Kubicki Decani, et Parochi Kunouiensis, Martini Gołębiowski Præpositi Hospitalis Iłzensis, etiam in particulari rei gestæ gnararum, necnon præjudicatis et Decretis in simili controversia subsecutis, per Partem Actoream productis. Proindè Actorem Illustrem Admodum Reverendum Orłowski circa Jura sua et libertatem percipiendæ integralis Decimæ, pro usuque suo et placito, ubi voluerit proprijs Curribus, juxta usum et praxim aliorum Possessorum, convehendæ et locandæ conservavit, et manutenuit, et quatenùs Decimam Anni præteriti Millesimi, Septingentesimi, Quadragesimi, Sexti, retentam, et

ad conve-

ad convehendum prepeditam, Citatus Actori
Illustri Admodum Reverendo Ortowski Can-
tori Ecclesiæ Collegiatæ Sandomiriensis
in panam per se, prius uti medius scien-
tem in Consistorio Sandomiriensi li-
quidandam, ad locum suæ locationis
propriis vehehat curribus, demandavit,
et Literas executoriales cum Termi-
no sex dierum retaxavit, ac ne ampli-
us illius Decima liberam convectionem
Actori impediat, sub panis in Decreto
furidi Kielcensis cum alijs Possessoribus
subsecuto descriptis, inhibuit. Quò verò
ad expensas litis, easdem propter bonum
pacis inter Partes (. idquè si et in quan-
tum Citatus Decreto præsenti acquieve-
rit.) compensavit, aliàs in casu contrario,
easdem expensas per Actorem liquidandas

reservavit, Decreti presentis vigore ad premissa mediante. A quo Decreto citati Procurator ad Iuem de Iure appellavit, Cujus appellatio est refutata. Presente Illustri et Admodum Reverendo Thoma Huszynski, Utriusque Juris Doctore, Ecclesiæ Collegiatæ Sanctæ Annæ Cracovien. Canonico, Parochialis Sancti Nicolai in Suburbio Cracovien. Præposito, et me Alberto Cypler, Utriusque Juris Doctore, Judicem, & Sanctorum Omnium Cracovien. Decano, Consistorij Generalis Cracovien. Actuario.

Ex Protocollo Actorum Consistorij Generalis Cracovien. extractum, et Sigillo Perillustris et Reverendissimi Domini

Domini Iudicis Delegati Supra memorati communitum

Alb. Cepler & D. Conv.
Mat. Francisc. Notarius

55

Collationavit Sebastianus Bratkowski
Notarius Apostolicus mp

Fotuarla
pod Sendomierzem

c No 19no:

Chwalik.

Informacya Sprzedarzy Folwarku ij 30. Mpr: 1764. Ad czyni się przez Zemnie, y niżey podpisuią. Talowa.

30. IV 1764

1o. Zeznaią przez Donacya y kontrakt Resignationis lub w Aktach Grodzkich Sandomir, lub w Mieyskich, iako się od całey Substancyi Rodziców moich Chwa tch ze wszystkiego wyzuwaią, daią darmo y wieczne mi czasy ustępuią Osobie Odanej powierzonej.

2o. Dla większego bespieczeństwa y całości, aby kupuiący mnie Syna, y Oyca Dzie dziców za interesami ieżdżących po Swiecie nie szukał, wprzód Oyciec moy tęż samą Donacyą y kontrakt według Prawa Korony approbowali zpodpisem ręki Swoiey godzie.

3o. Na S. Michał następuiący wroku teraźnieyszy 1764 obligują się Warszawskie mu insuper zapłacone według obrachunku zimi uczynionego wypłacie Zł. 129. gr. 2. Sz: l. a po wypłaconych ratach czas żadney niema Possessyi.

4o. Krescencya Sobie totalna powinien zebrać z Pola omłocie y zabrać, ponieważ ramieniony P. Warszawski tak oziminy, iako y Jary Swoy Siew wprowadził, a dla Sterburyzacyi potowej Słomy na Gronie zostawuie applikuiące.

5o. Inwentarzem, co ma zostawionego P. Warszawskiemu sprzężaiu, iakoto wołow zostawiono do Gruntowey roboty N. 4. z tychże wkrótkim czasie S.p. Ma tka moia kochana decessit vivere, Dwa Wołow oddano pro Anima Ejus. # Druga zaś wołow para y inne w Inwentarzu in Genere rzeczy przez P. Warszawskiego totalnie na Gronie zostawione bydź powinny.

6o. z Zamyślonej daty BOZE szczęśliwie podróży moiey Krakowskiey, zaraz Jmci Oyca Dobr mego przesłam, lub z obu przyiadę, aby od granicy do Granicy, od miedzy do miedzy teraźnieyszemu sprzyiaiącemu Dziedzictwu wszystkie Grunta pokazał, y oddał, przy tey że sposobności, iakom wyżey wyraził approbować kontrakt y Donacya bydź.

7o. Ten Folwark za Summą Ogulną 7000. Zł P.P sprzedawać się ma, ktoby dzie chciał na zagony, daie się informacya że Wpmci X. Nowinskiemu Kanonikowi Sandomir w summie 2290. Zł na zastaw, przeto ktoby Oyca telow Miasta Sandomir zagon pszenny rachować się po Zł. 4. a żyty po Zł. 3. na Dziedzictwie ~~[illegible]~~ altem tanio, tak się sprzedawać ma.

8o. Dwory Stay które kupił Nieboszczyk P. Dzikowski, iako Testamentem Swoim odsypiono, tak się czuwa bydź ubezpieczonemi, przeto Sukcessorowie Swoich obligowani, aby przyrzeczone pieniądze Swoie odbierali, icżeliby teraźnieysze Dziedzictwo pragnęło rekabere informuię wyżey. Ponieważ te dwie Stay mocno przylegaią tey że Folwarkowi, absolutez Prezydent całego Folwarku, Fol warku cały niech zapłaci.

9o. Ktoby Sandomir ze s.p. Jm. P. Wyrobij według Dekretu y Kompletacyi w Sądach Assessorskich P. Cyprya nastąpionych do tychczas nie rozebrał, informuie się teraźnieysze Dziedzictwo zaś zowu

56

awizował, y prawo zabrania Jchmm Dziedzicom po Pp. Wysockich aby rzebrali a Front ten do Siebie z podrozalowey Stodoły przystawiwszy się na teraźnieyszemu dziedzictwu.

10. Długi wypłacić się powinny quo ad Solidum, komu się czynsz iakoż W. Jmć. Mozarskiemu złotych 2290. Jchmm Xx. Marszałkowi Sandomir. złp 100.

11. A ponieważ Subiektowie Pa Studzińskiego na Czworakie Rekwizycye niepokazali Skryptów dwoch Originalnych, ktoby za takowąż kwotę czyli Summę przeto ten interes remonstrację tak: To rzecz prawdziwa, że były Skrypta zkli Oyca mego z obuliwszeństwa takowey spodziewaiąc się do drugiego Folwarku przez Jm Pana nateneraz Kabinsky Tradycyi, także tedy dla Oyca mego było dane zdanie, ażeby do sprawiedliwego przyszłego długu, niesprawiedliwego długu wydał Skrypt a przeto oyciec znaczną kwotę, y wtey dopuścił Panu Studzińskiemu Possessyi, a tak trudno Oyca za Tradycyą zastępować nie zwykła, iżeliby tedy Subiektowie pokazali te raz te Skrypta, obligują ażeby niebyły płacone dotąd, poki zamienione Skrypta niepoprzysięgną.

12. Prowizya się Panu Warszawskiemu od złp 100 po złp 5. nieprzyięta, ponieważ za Laden Rok niepokazał mi kwitu, z obuliwszeństwa tey, gdy kwitey pokazała lat Rod. po 5. złp 40. należy mu przyięć in expiratione Possessyi, ieżeli nie wypłacił Jchmm Xx. Marszałkowi Sandomir, a in quartum wypłacił nad. Michałowi za Rok po wyszłey Possessyi Pa Warszawskiego dwanaście należy się tey summy złp 40. arrear.

13. Pani Kurnatowskiey w Sandomierzu co Rodzice wzięli na pozwek podczas zależy Zapłacić złp 13. więcey Długow żadnych niemam y nieznam.

14. Papiery wszystkie do tego Folwarku należące od W. Jmć Pa Mozarskiego zastał Oyca mego do Warszawy pisany odebrać, toż samo y Jmć Pan Dobrzycki ieżeliby iakowe kolwiek miał przy sobie, oddać ie powinien.

15. Zastawszy rzeczy Rodziców moich w Kielcach Zamknąć według Dyspozycyi mojey za Duszą ktorey datem, przedotę rzeczy Jmć Pa Warszawskiego mieć zawołanego.

16. Do Sprzedaży datem uwiadomienie w Grodzie Sandom. y w Kieyskich aktach.

* Więc zważaiąc Pa Warszawskiego w tym omieszkanie roboty Frontowey, kompensuie mu się krowa która na Froncie w Inwentarzu podana tey pretendować iuż nie należy. *

obrachunek

	Grunt Użyteczny				Grunt nieUżyteczny			
	Łany	Zagony	Stopy	Połowy	Łany	Zagony	Stopy	Połowy
Psałterya na Chwałkach	2	882	434	½	—	203	763	1.

Obrachunek z JmP. Warszaskim Radcą y Obywatelem Sandomirskim za Lat Osm od d. 29. Września R. 1756. to iest od S. Michała do Dnia y S. S. Michała in Ao pren. 1764. kończyć się maiących podług Kontraktu przez JchMM PP. Małeckich wydanego uczyniony.

Pro Pte Dziedzica ad pdem naturalnego Sukcessora JmPna Jozefa Małeckiego za lat 8. à fl. 108. corok, należy Percepty . . zł 864.

Na to wypłaca się JmP. Warszaski tak.

Według kontraktu kwituiącego wypłacił Rodzicom moim . . zł 324.

w tym że Kontrakcie testantur kwity przezemnie weryfikowane wypłacił . . . . . zł 129. gr 18.

Zboże wzięte przez Rodziców Moich u JmX. Zaiączkowskiego Plebana Jankowskiego przyimuię . . . . zł 15.

JmPannie Mothoskiey Siostrze moiey wydał . . . zł 18.

Oycu memu Dobr moiemu wydane przyimuię . . . zł 63 gr 10.

Itt Jmci Oycu Dobr moiemu wydane przyimuię . . . zł 40.

Na reparacyą Folwarku JmP. Warszaski podaie Expensy, na ktorą żadnym Sposobem nie kondonuię przysięgi, tylko nim wyiadę z Sandomirskiego w Podroż moię aby in privato przed JmP. Pisarzem Mieyskim Radzieckim przysiągł, to wtenczas przyimuię . . . . . zł 403. gr 4. sz 1.

In Summa wypłaci się z poprzysiągłemi . zł 993. gr 2. sz 1.

Przeto Pokaże się po przysiędze, iako pp pte mnie Dziedzica nadpłacił . . . . . zł [illegible] gr 2. sz 1.

Ktore na S. Michał Następuiący in Expiratione Possessyi przyrzekam że Wypłacone będą in Ao pren. 1764.

Jozeff Małecki

Odrzykam się wyrzykam się w Sandomirskim na Chwałkach Substancyi na Chwałę Bogu oddaię. mpp

Informacya Sprzedarzy Folwarku na Chwałkach Stoiącego przez Jm Pa Jozefa Małeckiego

Podpisana

R. 1764

w Sandomierzu

mt. 1770 Penitentiaria

Transumptum Processus et Decreti definitivi in Causa Judiciaria inter Illustrem Sebastianum Pisulewski Canonicum Sandomiriensem et Spectabilem Osmólski Proconsulem Sandomiriensem occasione Juris praesentandi ad Canonicatum Poenitentiaria dictum, Intervenientem in Judicio Curiae Episcopalis Cracoviensem formatt et prolatt.

Anno Millesimo Septingentesimo Septuagesimo die Veneris trigesima Martij, Mensis Martij = Kielcijs. Coram Judicio Curiae Celsissimi Illustrissimi et Reverendissimi Domini Cajetani Ignatij Soltyk Dei et Aplicae Sedis Gratia Episcopi Cracoviensis Ducis Severiae in publica Causarum audientia Comparens personaliter Nobilis Valentinus Lexinski Illustris Admodum Reverendi Sebastiani Pisulewski Canonici Opatoviensis in Stewna Parochi Apostolici et Consistorij Foranei Sandomiriensis Notarij ad Canonicatum Poenitentiariae Sandomiriensis post ascensum ad Canonicatum Procustodia dictum in eadem Collegiata Sandomiriensis Illustris Admodum Reverendi Adalberti Boxa Radoszewski in Osiek et Mydlow Parochi illius ultimi et immediati Possessoris vacans Capitulariter electi et Praesentati. Instantis Procurator in termino hodierno ex Literis Cridae seu edicto publico in Vim Citationis generalis ab Officio praesenti emanatt, et debite executt proveniens contumaciam omnium et singulorum sua ex adverso Jus et interesse aliquod ad infrascripta communiter vel divisim seu alias quomodolibet se habere putans et praetendens dictis Cridae Literis citatorum nullatenus pro Die et Termino hodierno comparentium accusavit, et in eorum Contumaciam producta electione et praesentatione per Venerabile Capitulum dictae Collegiatae Sandomiriensis favore sui Principalis expeditt eundem ad praefatum Canonicatum Poenitentiariae institui ac investiri, curam animarum, administrationem Spiritualium et regimen temporalium rerum Ejusdem Canonicatus Poenitentiariae Ipsi committi, Literasq: institutionis ac investiturae decerni, et extradi mandari petijt. In praesentia Nobilis ac Spectabilis Pauli Fabiański Civitatis Sacrae Regiae Majestatis Sandomiriensis Consulis uti et tanquam Nobilis ac Spectabilis Gregorij Osmolski Sacrae Regiae Majestatis Ejusdem Civitatis Sandomiriensis Proconsulis, praefati Canonicatus Poenitentiariae legitimi Patroni ad causam praesens Intervenientis, coram actis Consularibus Sandomiriensis feria, tertia post Dominicam Laetare Quadragesimalem proxima Anno Currens specialiter constituti Plenipotentis. Salvis etc. ante omnia Actorem de Asserto Jure patronatus /: ex quo etiam tempus praesentandi de Jure concessum ac determinatum suo Principali currat, cum nunc primum à die decima Februarij Anni Currens praedictus Canonicatus Poenitentiariae vacaverit :/ doceri petente et alias, quoniam suo Principali per Partem Instantem Jus praesentandi ad me-

moratum

moratum Canonicatum Pœnitentiariæ ad mentem erectionis, Anno 1715to die Mercurij 27ma Februarij subsecutæ per Verba Ly - una cum Nobili ac Spectabili Proconsule Civitatis Regiæ Sandomiriensis agnoscitur suusque Principalis non se se in eadem Præsentatione subscripsit, propterea eandem Præsentationem assertam ex rationibus infrascriptis annulari et quidem 1ma quia Præsentans Capitulum Sandomiriensis nullum gressum fecit ad Intervenientem, etiamsi eum facere debuerat. 2da quia modernum Instantem Actorem suus Principalis non præsentavit. 3tia quia subscribere hujusmodi Præsentationem renuit justitialiter suus Principalis, etenim præasserta electio et Præsentatio Capitularis sine ulla referentia ad suum Principalem est secuta, idq. ut fortiter præsumitur cum posthabitatione ejusdem sui Principalis, Cujus Antecedanei eundem Canonicatum Pœnitentiariæ impinguarunt, nam utique fundationem ejus in agris Civilibus Sandomiriensis quamvis cum sui damno fecerunt non alias nisi ut Canonicus Pœnitentiarius continuo circa Ecclesiam Collegiatam Sandomiriensis resideat, Confessionem a Xtis Fidelibus excipiat, qui electus a Venerabili Capitulo exequi ex ratione infrascripta non potest, cum alias Curatum Beneficium a loco aliquot miliaribus distans possideat. 4ta quia ratione Juris præsentandi per Antecedaneos sui Principalis, itidem per incorporationem Altaris in Ecclesia Collegiatæ Sandomiriensis existens super quo Documentum producitur eidem Canonicatui est impinguatio facta. 5ta quia gratia Communitatis Civium Sandomiriensis Capitulum respective ejusdem Juris præsentandi pro lamina ærea, qua est contecta Ecclesia Sandomiriensis quotam 4000 Millium florenorum Polonicalium sumpsit. 6ta quia duntaxat usurpativo et vano Jurepatronatus Capitulum prælmentionatum gaudet, cum in agris Civilibus ut supra hic Canonicatus sit fundatus 7ma asserta transfusio favore Capituli Jurispatronatus nihil debet valere, cum hæc fuerit ante Impinguationem facta, ideo præsentationem uti sine ulla referentia ad suum Principalem, quia jus pinguius habentem, factam rejici aliam Personam habilem et idoneam suo Principali in Cursu tractus præsentandi libertatem dari, jus pinguius ad præsentandum eidem perpetuo competere cum Successoribus sententiari, ne Capitulum alium Præsbyterum ad sæpefatum Canonicatum Pœnitentiariæ sine assensu sui Principalis, eorumq. Successorum Proconsulum Sandomiriensis præsentet determinari debita cum Instantia postulans. Ex adverso Actoris Procurator petitis et illatis Intervenientis locum non esse illaq. inattendibilia fore 1mo quia Juspatronatus dicti Canonicatus non sit alternativum ut ex parte Intervenientis prætenditur 2do Quia olim Illustris Admodum Rndus Rzeczka Fundator dicti Canonicatus bona sua et summas per se coempta et in Bonis terrestribus locatas non cuipiam alio, sed Venerabili Capitulo Sandomiriensi pro erigendo Canonico Pœnitentiario idq. cum clausula per idem Venble Capitulum

eligendo

eligendo & constituendo, uti constat ex erectione & fundatione dicti Canonicatus nunc judicialiter producta & Intervenienti, ejusq: Mandatarijs communicata idem Fundator circa transfusionem Juris summæ quing: millium flor. Pol. in Canonicum fundi Mydlowka cum obligationibus ibidem appositis in Casum detrectationis absolutionis earundem obligationum voluit provideri de ijsdem obligationibus tum Pœnitentiario Sandomiriens per Venerabile Capitulum Sandomiriens quod etiam id ipsum continebat in ratificatione Capitulari Anno 1697. facta, circa quam ratificationem folio 33 Idem Capitulum Sandomiriens assumpsit Proconsulem Sandomiriens ad Jus præsentandi. Unde ex præmissis patet, quod idem Jus præsentandi ad præfatum Canonicatum Proconsuli Sandomiriens sit adscriptum, non ex aliqua fundatione, sed ex pura libertate & assumptione ad id per Capitulum Sandomiriens quod quidem Jus patronatus idem Venerabile Capitulum Sandomiriens non gratis sibi habet concessum & attributum, sed tam ex vi transfusionis Juris ad Bona per Illustrem DZierzęga coempta & summas locatas, quam ex vi admissionis Canonici Pœnitentiarij ad distributiones quotidianas patet. 2do Ex præmissis, quod Jus præsentandi prædictum Capituli Sandomiriens sit potius pinguius & dignius, quam Proconsulis Sandomiriens potioris vero & dignioris partis semper attenditur Juspatronatus 3tio Non negat Intervenions, neq: negare potest, quia Capitulum Sandomiriens fuit in Possessione Juris præsentandi, quale & Actor habere voluit, quod videlicet Proconsul Sandomiriens eandem Personam præsentabat quam Personam Capitulum Sandomiriens elegit, in tali vero Casu Possessio ad mentem Juris est attendenda. 4to Decretum sub Illustrissimæ Celsitudinis prolatum est, quatenus Capitulum Sandomiriens ad Canonicatum Pœnitentiarie præsentet Presbyterum in Theologia bene versatum & præsentationem a Capitulo datam Proconsul Sandomiriens subscribere debeat, uti ex eodem Decreto liquide constat. 5to Non obstat, etsi ex adverso allegetur, quod dictus Canonicus Pœnitentiarius habeat nonnullos agros & lapideam Civitatem Sandomiriens cum idem agri & lapidea per Cives vel Proconsulem Sandomiriens non sunt gratis dati, sed per Fundatorem pro summis pecuniarijs coempti. 6to Nec obstat pariter allegatio ejusdem Intervenientis, quod ac si quoddam altare sit incorporatum Canonicatui Pœnitentiario in vim prætensæ dotis, cum de eadem Incorporatione non doceatur & apprehensio ad Jus patronatus acquirendum actualis requiratur, Riccius resolutione 105 tanto magis, quod ex augmento dotis Jus patronatus acquiri non potest, ut docet Riccius resolutione 171, nec idem Jus patronatus Episcopus ex augmento dotis erigere potest, Idem resolutione 102 N. 1. Ideo attentis præmissis

59

missis Actorem ad præfatum Canonicatum Pœnitentiariæ ut supra institui, Intervenienti vero si quid Juris habeat Viam ordinariam reservari petijt. In contrarium Interveniens copias exceptionis ad Amam juris post Pascha sibi dari et dilationem ad producendum in Originali compositionem docendumq: de Incorporatione Altaris præfato Canonicatui concedi petijt. Et per Judicium cum termini conservatione obtinuit Præsente Illustri Adalberto Sierakowski, Canonico Kielcenæ Causarum Officij Curiæ Episcopalis Cracoviensis Judice Surogato et me Stanislao Minocki U.J. Doctore Apostolico et Actorum Ejusdem Curiæ Notario.

Anno et loco, quibus supra die Lunæ trigesima Aprilis

